[illegible]

C 1238 abgelöst.

Aelii Donati viri clarissimi de octo partibus orationis editio prima

Partes orationis sunt octo
Nomen pronomen verbum adverbium
participium coniunctio preposicio interieccio Ex
hiis partibus due sunt principales par-
tes orationis Nomen et verbum Latini
articulum non adnumerant greci interiecti-
onem multi plures pauciores partes orationis
putant verum Ex hiis tres sunt que sex
casibus inflectuntur nomen pronomen participium

De nomine

Nomen est pars orationis cum
casu corpus aut rem proprie commu-
niterve significans proprie ut Roma Tiberis
communiter ut urbs flumen Nomini
accidunt sex Qualitas Comparacio
Genus Numerus Figura Casus Nomen
unius hominis appellacio multorum voca-
bulum rerum est Sed modo nomina gene-
raliter dicimus Qualitas nominum
Bipartita est Aut enim propria sunt nomina
Aut appellativa Propria nomina

pnome Secundum latinos quatuor sunt species
Primo nomen cognomen agnomen:
ut p. Cornelius Scipio Affricanus
Omnia pronomina aut singulis litteris
notantur: ut C. Cesar L. Catha
lina Aut binis ut C. N. pompeius
aut ternis sex Appellativorum
multe sunt species Aut enim sunt corpa
lia ut homo terra mare Alia
incorpalia ut pietas iusticia dignitas
Alia sunt prime posicionis ut mos
schola Alia derivativa ut moras
scholasticus Alia diminutiva ut
moriculus scholasticulus Diminu
tivorum nomin tres sunt gradus
Quorum forma quo magis minuitur
Crescit sepe numerus sillabarum Sunt
eciam quedam si diminutiva quorum origo
non cernitur Ut fabula macula
tabula vincula Et sunt nota tota
frere declinacionis ut themistocles Ca

ipse xon: Sunt vero quedam in latina
regulã et polideq polluces. odysseus
ulixes sunt in greca latinaque forma que
note appellantur et atrides agame
nen sunt alia nomina que una
appellatione plurea sunt et nepos
abies aries Sunt etiam alia sinonima
et polionima ut terra humus tellus
Ensis mucro gladius Alia pro-
nomina ut pelides eaceides Her-
ab aliis et a prebus sepe sunt In
his que greca sunt sive de mascu-
lino sive feminino fuerit greca
magis servaverunt regulã

Alia horum masculina aut in des ex-
eunt ut atrides ab atria: aut in ius ut
pelius a peleo Aut in ion ut nerion a
nereo feminina aut aut in is exeunt ut
nereis Aut in as ut pelias Aut in e
ut neine Sunt alia ethetica i possessiua
que in ius exeunt ut evandrius ensis

agine nomine mutane et alia medie significationis
et adiectiva nominibus ut magnus fortis
dicimus enim magnus vir fortis exercitus Her
cia epitheta dicuntur alia qualitatis ut bonus
malus Alia quantitatis ut parvus magnus
Alia gentis ut grecus hispanus Alia patrie ut
thebanus romanus Alia numeri ut unus
duo Alia ordinis ut primus secundus sed
primus de multis de duobus prior di-
citur de duobus alterum dicimus ita de
multis alium Sunt alia ad aliquid dicta ut pa-
ter frater Sunt ~~aliqua~~ alia ad aliquid qualiter se
habentia ut dexter sinister: hec et comparativum
gradum admittunt: nam dexterior et sinisterior hoc dexte-
rior et sinisterior. Sunt alia generalia ut corpus animal.
Alia specialia ut lapis homo lignum. Alia facta
de verbo ut doctor lector. Alia similia partici-
piis: ut demens: sapiens: potens. Alia verbis similia
ut comedo: palpo: contemplator: speculator.

De comparativo

Comparationis gradus sunt tres positivus: com-
parativus: superlativus. positivus ut fortis. Compa-
rativus ut fortior. superlativus ut fortissimus. Com-
parativus gradus generis est semper communis. **Com-
parantur** autem nomina que aut qualitatem aut quan-
titatem significant. Sed non omnia nomina per omnes gradus veniunt.
Aliquando enim positivus tantum invenitur ut mediocris.
Aliquando positivus et semper senior: iuvenis iunior

per sincopam. Aliquando positiuus et superlatiuus ut
pius piissimus nam pro secundo gradu magis aduerbium
ponitur: ut magis pius. Aliquando comparatiuus et
superlatiuus ut ulterior ultimus. Aliquando superlatiuus
tantum ut nouissimus. Extra hanc formam sunt ut
bonus et ~~malus et magnus~~ diuinus cum bonus melior
optimus. Malus peior pessimus. Magnus maior maxi-
mus. **Comparatio** nominum proprie et compa-
ratiuo et superlatiuo gradui est constituta. Nam po-
sitiuus perfectus et absolutus est. Saepe autem comparatiuus
gradus praeponitur superlatiuo ~~ut fortis~~ ut stultior
stultissimo: et maior maximo. Saepe minus positiuo significa-
tionis recipiat comparationem ut mare potius dulcius
quam terra: saepe idem propositionis positus minus a posi-
tiuo significat. Quamuis recipiat comparationem et nullum comparatiuum
ut iam senior sit credere sed credibilis sunt. Sunt nomina
significatione diminutiua intellectum comparatiui: ut grandi-
usculus: minusculus: maiusculus. Comparatiuo et
superlatiuo tam aut minus aut minime aut magis
aut maxime addi non oportet. Adiciuntur autem
positiuo tantum dicimus enim tam bonus: tam malus: minus
bonus: minus malus: minime bonus: minime malus:
magis bonus: magis malus: maxime bonus: maxi-
me malus: **Comparatiuus** gradus ablatiuo
casui adiungitur utriusque numeri. Sed in hoc variatur
cum aliquid vel alieno vel suo generi comparamus:
ut Hector fortior Diomede: vel audacior troianis
fuit: Dicimus enim fortior quam ille. Superlatiuus
autem genitiuo tantum plurali adiungitur. Sed cum hoc

omnium in aliquo suo generi comparantur ut Hector
fortissimus troianorum fuit. Per tertium superlativus
positivo iungitur et nulli comparatur ut superbe
nimis magis. Similiter comparativus nominativo iungitur doctior
hic quam ille.

Genera nominum sunt quatuor. Masculinum
femininum neutrum commune. Masculinum ut hic
magister. Femininum cuius numero singulari casu
nominativo pronomen vel articulus preponitur hec ut hec musa. Neu-
trum est cuius numero singulari casu nominativo vel articulus pre-
ponitur hoc ut hoc scamnum. Commune quod simul mascu-
linum femininumque significat: ut hic et hec sacerdos.
¶ Sed ex hijs vel principalia vel sola genera duo sunt
masculinum et femininum: Nam neutrum et commune de
de utroque nascuntur. Est etiam trium generum quod
dicitur: ut hic et hec et hoc felix. Est epicenon
idest promiscuum quod sub una significatione marem
ac feminam comprehendit: ut passer et aquila. Sunt preterea
alia sono masculina intellectu feminina ut
Eunuchus comedia: Horestes tragoedia Centaurus navis.
Alia sono feminina intellectu masculina ut Fenestel-
la scriptor: aquila orator. Alia sono neutra intellectu
feminina ut Phronesium, Glycerium: Sophronium que
mulieres sunt. Alia sono feminina intellectu
neutra ut poema scema.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] e [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] f [illegible] [illegible] q [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Domenico

Scamnum

[illegible] et [illegible]

Lib° Ca[illegible] ec(c)lie S(an)c(t)i Martini in butzbach

Relatum est mi tam rei [illegible]

Forma [illegible]

Albertus Gersbach



1

mit [illegible]

C 1238 abgelöst